



Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

60. Memorabilis historia de quodam hæretico in SS. Eucharistiam
blasphemо, eiusq[ue] horrendo interitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

A CRAL.
enbachis
n sibi reten-
facere non
im, & per-
finitim
e ex pte
iam exhib
, de quo
pitanean
n, comm
ad vosp
udicet, cu
ncedanc
ttinet nos
ente suo
o ipso D
iptam at
conuent
T. R. Cr
am cup
iosè frate
D. Bred
j, anno A
quia pa
ntius E
M

LIBER VII. 695

*Memorabilis historia de quodam heretico in
S.S. Eucharistiam blasphemо. eiusq; horren-
do interitu.*

C A P. L X.

Anno Dominicæ Incarnationis 1561. an-
tequam Geusicus furor effrenatus erū-
peret, nō minus horrendum quam me-
morabile signum cirea venerabilem Euchari-
stiam edidit Deus Opt. Max. Nouiomagij ad
wahalim fluuium, quæ ciuitas in ducatu Gel-
driæ & antiquitate & populi frequentia &
mercimonij priuilegijsque celeberrima est.
Accidit ibi feria secunda Paschæ (quæ tum in-
cidit in septimum diem Aprilis) circiter ho-
ram diei nonam, vt sermone in Ecclesia Paro-
chiali simul & collegiata, quæ protomartyri
Stephano sacra est, absoluto, alter parocho-
rum nomine Anthonius Vorstius vna cum æ-
dituo seu custode templi Ioanne Haeps accer-
seretur ad ægrotantem mulierculam, quæ in
solenni die Dominicæ resurrectionis ob cor-
poris imbecillitatem in templo non commu-
nicarat. Decumbebat autem mulier in platea
regularium, sic dicta, quod via illa per fun-
dum Canonorum regularium in ea vrbe cō-
morantium iam olim sit munita. Porrò in al-
tiore vici parte, prope Vallum oppidi taber-
na erat meritoria, in qua parum honestè tunc
temporis diuersabantur viri duo iuvenes: vni
Nouiomagium patria erat, alteri Traiectum
superius ad Mosam. Vtique ibidem tum ouū

Paf-

Paschale, quod vocant solito more elixim
nibus ostentante, certamen initur inter
idque periculo hauriendi poculi cerevisia
vter suum prius ouum glutire queat. Ime
aduentat pastor prædictus, cum Venerabilis
cramento ouiculam suam infirmam in
nia cōmorantem refecturus. Audita per
team nola, quæ præferebatur Eucharistie
ter ille, qui Traiectensis erat, in contemptu
tremendi mysterij, audacter dixit ad solum
suum, Ego ouum istud, quod manu teneo,
us deglutiuero, quām ægrotans mulier
deastrum illum, (teutonicè das gadeg
Dixit, & protinus hians, ouum in os immo
volens traijcere illud per gulam. Sed ecce
sentissimam Dei vindictam, qua præpedita
nullo modo ouum transmittere potuit. Re
rente autem illo in fauibus, cūm miser
mo se statim suffocatum iri, nec spem viri
liquam videret, oculis horribiliter con
conficit candelam sebaceam ex clavo pa
dentem. Arripit celerrimè sebaceum, & in
que mora iniicit ori, cupiens conansque
dela tali protrudere ouum, sed frustra. Non
enim aliud effecit, quām quòd sebo candelam
in gutture apud ouum relicto, ellychum
seu fila nuda retraxerit. Hac spe frustrata
mi procumbit instar bouis mactati, membra
loquendique facultate omnino privata, &
supinus iacens, fuliginosum & velut Actio
picum induit vultum: & gutture diuincta

one confracto tristissimam efflat animam, Parocho memorato cum sacro sancto illo pane coeli astante. Is enim, simulatque infirmam communionis participem fecisset, ex illa domo rediēs, audit miserabiles voces ex taberna vicina resonantes: horrore perculsus intro currit cum Venerabili Sacramento, rogat quid illicit sit negotij, audit ex ore præsentium rei gestæ seriem, hominem diuinitus percussum videt humili palpitantem, & cum morte certantem, & paulò post expirantis guttur fractum, ouo nunc instar tuberis intercutanei in altero colli latere, & non in fauibus residente. Hæc ego ad verbum scribo ex ore ipsius Parochi, Domini Antonij Vorstensis, qui apud Nouiomagenses euram gesit animarum annis 26. & amplius magna cum laude, usque ad extremos furores Geusiorum, Parochus pariter & Canonicus ibidem: in præsens autem ob verbi diuinigratiam & bonitatem suam Catholico Re-sensium gregi gratissimus pastor. Miraculum istud nulla vñquam obliuioni obliterandum, non sermone tantum omnium ferè Belgij habitatorum, verum etiam publico carmine celebratur, quod ab omnipotente misericordia Dei profectum creditur, ad constabiliendam Catholicæ fidei veritatem, quo tempore gravissima imminebat persecutio.

D.